

**EPI THALAMIA**

*Nuptiis auspiciatissimis*

**NOBILIS, VIR-  
TVTE DOCTRINÆQVE**

**ERVDITIO NE PRAESTAN-  
TISS: VIRI, DOMINI MARTINI KESLERI,**  
penes officinam Rationariam Camerae, Sac: Caf: Re-  
giae; Majestatis Hungar: Pofon: Ratio-  
nistae SPONSI, &c.

ET

**NOBILIS, LECTISS: PVDI-**

**GISSIMAEQVE VIRGINIS ANASTASIAE NOBI-**  
lis & egregij Domini DAVIDIS LERCHENFELDERI civis  
ordinis Senatorij Pofoniensis, & P. M. relictae filiae SPON-  
SAE, &c. celebratis Pofony Dominica Cantate Anno à salutife-  
ro partu supra millesimum quingentesimum nona-  
gesimo nono

Scripta ab

*amicis sincerè congratulantibus honoris & amo-  
ris ergo*

Viennae Austriae, Typis Francisci Kolbij, in  
Bursa Liliorum. Anno clv. lxxix.



**Q**UANTUM *RATIA* si qua bonis est præceptoribus  
unquam

*Dignasat ex merito persolucnda-*  
suo,

*Persolucnda tibi est: Vellem hoc: Plato pernegat illud:*

*Ille neget: tamen hac maxima vota dabo.*

*Ut tibi coniugium felix & amabile reddat*


*IOVA: sit huic pretio, Gratia summa, meo*

*Que si vota DEVS rata fecerit: hisce putabo*

*Æquivalens meritis me retulisse tuis.*

**IOANNES ANDREAS A**

**Trauttmanstorff in Dotzen-**  
**bach, Leibn & Weiteneck suo**  
**olim charissimo Præceptoris**  
**gratitud: ergo P.**



AD



**AD EVNDEM**



*Ampus alaudarum tibi nunc, Kessere,*

*patescit,*

*Florens atq; virens, cunctaq; lata se-*

*rens.*

*Cuncta tibi arrident, tellus, atq; ather, & aër.*

*Quin volat in thalamum dulcis alaudatum,*

*Involat inq; torum. cessas? amplectere alaudam,*

*Atq; manu mulce: nam tibi dulce canet.*

*Quidnam optes maius, o terq; quaterq; beate?*

*Excludat pullos sæpius ut lepidos.*

Hæc ego tibi **MARTINE KESLERE**, amicorum  
optime, (ne planè essem ἀσύνβολος) tamquam anser itre-  
pens inter olōres, rudi, Immo vero, inuita Minerua ef-  
fudi, aut effutiui potius. Nam poëta nec fui vmquam,  
nec sum, nec futurus sum. Quocirca quidquid id  
est, Boni consule. Vale.

**HUGO BLOTIVS I. V. D.**

**& Sac: Cæs: Maiest: Biblio-**  
**thecæ Præfectus.**



A 2

ALIVD.

## A L I V D.



Vando amite in patulis tendit sua retia  
campis

Insidiator auis,  
Opaca vel per iugera,  
Inductos glabro calamos & spicula visco  
Frondebis Arboreis  
Dolosus hinc disseminat,  
Fistula dulce canit varians imitamine voces  
Quas Merula atq; Chloris  
Turdus, Spinus, Monedula,  
Merops cum Cinclo Philomela, Canaria, Acanthis  
Loxia, Luteola  
Ficedula, Anthus, Galgulus.  
Quælibet esse sui censeret gutturis auram,  
Captet vt aligeras  
Imbellulas & enecet.  
Verùm legiferæ Themidos KESLERVS alumnus  
Aonidumq; decus  
Apellis insignis nepos,  
Oris Pannonijs ardens peregrinus Alaudam  
Igne cupidineo  
Formosulam Anastasiam.

Non

Non pedicis viscoue parat vel arundine prædæ  
Candidulæ insidias,

Ea potiri gestiens:

Sed genere, ingenio, studio pietatis, honestis

Moribus, eximiæ

Virtutis & præconijs

Allicit, impellit leuiterq; Cupidinis arcus

Aureolam vt solitis

Missis pharetris sauciat.

Non quo largifluo profundat sanguine vitam

Cum gemitu implacidi

Missæ ad Charontis cymbulas:

Imò, cum simili Veneris sit vulnere læsus.

Affociata thoro

Ipsi medela viueret.

Nobilis & quoniam celebretur sanguinis ortu,

Sit pia, casta, domus

Iugalis cura, conchula,

Aucupij numeret KESLERO præmia Sponso

Mellea Sponfa suo,

Mellitulos Kesslerulos.

Quod superest igitur votis dignabitur auceps

Aucupiumq; suo

Alauda & Anastasia.

A 3

Viuant

Viuant Nestoreos annos & secla Sybillæ  
Exuperent gemini.  
Donec beati sedibus  
Ambo Panomphæi videant cœlestibus ora,  
Gaudia perpetuæ  
Quietis absq; lachrymis.

NVMERALE.

*Annum Mensẽm ac diem Nuptiarum indicans.*

**V**T ChorVs, Vt popVLVs teMpLIs Cantate sonabat  
CesLero IV VenI sponfa VenVsta CanIe.

IOACHIMVS HERMANNVS  
I. V. D.



ALIVD.

MALA AVREA IN LECTIS  
ARGENTEIS.

Prouerb. 23.



**A**VREA mala velut quoties argentea  
regum.

Strata grauant, tectis ritè locata  
suis.

Hesperij latè nemoris sparguntur odores  
Totum suauicolens esse cubile solet:

Sic

*Sic quibus est virtutis amor, pietasq;, fidesq;  
Si uiuant socio scemina virq; toro.  
Non solum proprijs domibus laus aurea surgit  
Verum passim urbis mania amana replet.  
Rem probat exemplum Themidos Kesslerus alumnus  
Et sata præcelebri sanguine Anastasia  
Dum subeunt thalami sacro fœdere nexus,  
Nexus quos nisi mors soluere nemo potest.  
Sintq; pij, parili studio virtutis amantes  
Et vita niteant integritate sue.  
Non Lerchfelderios non Kessleriosq; penates  
Solum coniugio prosperiore beant.  
Ipsa palam resonat dignas Pisonia laudes  
Quas par scit thalami promeruisse nouum.  
Dumq; sonat mittit mistis gratantia votis  
Verba simul quod sit ciuibus aucta nouis.  
Quare Sponse tue viuas, dulcissima Sponsa  
Viuo tuo, patria viuite, Et ambo DEO.  
Nec cessate prius virtutum spargere odores  
Aurea mala suo donec odore vacent.*

IOANNES PAVLVS HOE  
Austriacus.



ALIVD.



A L I V D.




ON mihi vena fluit facilesq; in carmina  
vires  
MARTINE Aonidum decus immortale  
fororum

Atq; DEÆ Astreæ cultor: Castis modulari  
Namq; alias tædis non detrectare Camæna.  
Nostra velit, potius numeris assurgere; Sponsus  
Præsertim veteres si sit pars inter amicos.  
Quare subitico: tibi mille Anastasia pangat  
Oscula, sitq; thori non infæcunda iugalis  
Mater, sed placido producat germina partu  
Tædarum quoties redeat lux aurea cœlo.

Maximilianus Hœc.



A L I V D.




UM canat ad thalamos tibi suave &  
amabile carmen  
Quæ capta aucupio nuper Alauda  
tuo est.

Suanibus adtentas modulis insuanibus aures  
Ac decet haud calamis impedisse meis.

Officio

Officio fungar potius si vota precesq;  
Fundam qui terras & regit astra DEO.  
Quo tibi Nestoreos galerita vocula in annos  
Clara sonet, cumulans prole decente domum.  
Sic tibi delicia, sic Sponsæ gaudia vitæ  
Longæva fato non veniente fluevit.

Christianus Hœc.



A L I V D.



Redet ANASTASIAM MARTINVS, AHE-  
NVS ALAVDAM.  
Hæc ut Alauda sonis, Martio is æ-  
tonat:

Junxit utrumq; melos, licet hoc non congruat illo.  
Qui res, discordes Sapius, unit Amor.  
Anseribus streperis MARTINI est noxia (AHENO  
Mergit enim cesos feruidiore) dies:  
Pergis, & ulterius strepitu huic iuratus es hostis,  
SPONSE, Dionæum iam subitire iugum.  
Blanda relaturus patulâ aure poemata ALAVDAE,  
Fugera dum CAMPI suavesonantis adis.  
Hæc securus adis: falleris Cypria nuper,  
Sponse, melo hoc nimium na capieris, ait.

Quos

*Quos etenim Harmonia concentus dulcis acutos,  
Auribus & spondes nil nisi dulce tuis:  
Miranda na dulca melos metamorphosi Alauda,  
In streperi stridens anseris ibit opus.  
Dum tibi stridorem strepera incunabula: dumq;  
Vagitus nido promer ALAUDA suo.  
Fiat ut hoc opto. Nam hac substantiua secundis  
functis Adiectiuis fœdera sancta beant.  
Unanimis, fœlix, pia, diues, melleum, abundans,  
Vita, thorus, proles, mensa, cubile, focus.*

ETEOSTICHON.

**S**VrreXtl, IVbare Vt nono, Ipso In Vere, D Ione  
Martino fœLIX sls, & Anastasla.

Exoptatissimo quondam suo in  
Vngariâ commilitoni funde-  
bat GEORGIVS COBE-  
RVS Medicina

